Theses pro gradu baccalaureatus in medicina, quas, auspice Deo / et praeside D.D. Jos. Hippolyto Unanue Anatomes P.P. sustinebit J.U., baccalaureus physicus Regii Anatomiae Amphiteatri alumnus, in Reg. ac Pontif. Divi Marci Academia [&c;].

Contributors

Urreta, José. Unanue, José Hipólito, 1755-1833.

Publication/Creation

Lima: Typis Orphanorum, 1804.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/uar9usph


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



P.30


317494 AMER





Digitized by the Internet Archive in 2017 with funding from Wellcome Library











THESES PRO GRADU BACCALAUREATUS

IN MEDICINA,

QUAS,

AUSPICE DEO,

ET PRAESIDE

D. D. JOS. HIPPOLYTO UNANUE

ANATOMES P. P.

SUSTINEBIT

JOSEPHUS URRETA, BACCALAUREUS PHYSICUS
RIGII ANATOMIAE AMPHITEATRI
ALUMNUS,

IN REG. AC PONTIF. DIVI MARCI ACADEMIA.

DIE 4 JULII ANNI CIDIOCCCIV.

LIMAE TYPIS ORPHANORUM.

Turget enim Chocolata cibo, pinguique redandat Sulphure, quod stomachi contritum viribus, amplum Suppeditat Chyli fontem; fit larga cruoris

FILO GRADU BAROGALAURANO OJI

ACCEPTANT OF THE SECOND

AUSHIOUSE EO. ...

Suppeditat Chyli fontem; fit larga cruoris Materies, nervosque exudanti irrigat aura. Geoffroy.

TOP FETTING UNRITED SACCALLAN.

TISTINEBLE

REGIT AKATOMIAH AMPHIKELLIKI

ALUMNUS,

ORIGINAL STATE OF THE SALES

ACMENIA.

WINDSCORED WINE BLUE A RICH

MURETRES OFFICE SAME

REGIAE, AC. PONTIFICIAE

LIMANAE. DIVI. MARCI. UNIVERSITATI

PRISCA. FUNDATIONE. SCIENTIARUM. CULTU

INGENIORUM. PRAECOCI. DIVITE. VENA

OMNIUM. NOVI. ORBIS. LITERARUM. INSTITUTIONUM

PRINCIPI. ET. MAGISTRAB

HAS. HYGIENAE. AGRICULTURAE. THESES

- COSTA CONTRACTOR

. COMMINICAL CO.

as tolls sus tales of

MATERIES. PROSPECTU. IUCUNDA

STUDENTIBUS. FACILIS. SAPIENTIBUS. AMOENA

OMNIBUS. UTIBILIS

PERPETUUM

AMORIS. REVERENTIAE. ET. GRATITUDINIS

MONIMENTUM

ERGA. MATREM. LONGE. PIENTISSIMAM

by Olive interrepresents , sembol entend threshops

CONSECRAT

supplied on a section of the countries and the confidence and the conf

JOSEPHUS. URRETA

TITULARIS MEDICA.

Sub torrida zona degentibus, Potio Indica vulgo Chocolate, saluberrima.

> CADEMICUM MEDIcinae specimen daturo thema quod Scholae, et

outpoin horn of

Facultatis legibus pareret, Publico prospiceret, decebat eligere. Hoc tempore, quo tot vtilia, exculta, post belli strepitus Europae eduntur, circa Naturalem Historiam optima: aliquid nobis proprium, luce dignum erat cogitandum. Menti thesauros Americae naturales ad delectum versanti, ecce Chocolatae potus, exemplari idoneus, conditiones impleturas sese obtulit ulero. Nulla seligendi mora Nectar Indicum accipimus, praestantem eius vsum Dissertationi subiicimus, Americanis proficuum, salutarem asserimus. Eo lubentius quo vnus aut alter ex Medicis nostris, et incolae non pauci illum vana formidine, noxa imaginaria extimescunt, damnant. Metus inanes, phantasmata serio ve. excutiantur, oportet species, quae Chocolatae compositionem ingrediuntur, perspectas habere: singularum vires, effectus in corpus humanum, quidquid amabili counubio iuncilm efficiant dignoscere : quid denique variis eius praeparandi rationibus, aut pro potu, et cibo conficien-

di modis differat rimari, perpendere.

2. Species innumerae primis ab America detecta temporibus Chocolatae compositionem ingredientes, omnes tribus exceptis obsoleverunt, nobis horridae, incongruae, nocenics expertae. In Europae Septentrionalis Populis (a) persiant Epidendrum Vanilla, Caryophillus, Ambra, quae sapore pungente, odore peruicaci fuerant exclusae. Iuste hisce a compositione amandatis, supersunt tres, Cacao, Saccharum, Cinnamomum: primus substantia grisea, pingui, leuiter amara, valde nutriens, traditione, nullo periculo facto, in stomacho digestioni resistere dicitur. Nec alio praeter Chocolaiae condimento mensis apponitur. Saccharum concretum salino-oleosum notissimum, vsus immensi, cibis in, et ex-tra corpus resoluendis, condiendis, praeparandis aptissimum, caetera salia antecellit, acida, austera, amara corrigit, animalia, et vegetabilia à corruptione tuetur, illo ab scorburo incolumes viuimus. Cinnamomum specierum aromaticarum prima, stimulo, et fragrantia, stomachi et neruorum sustentaculuin, esculentis, et potulentis apposite miscetur, gratiam, energiam conciliat, effectus secundat.

3. Quomodo haec vniantur, quid sociata praestent iam opus est videre. Sed ante, ve quibus Chocolata cordi est obsequar, aliqua curiosa, scitu digna, alibi non reperiunda in Tabulis apponam.

tione habita V psaliae, anno 1765.

Theobroma in variis viriusque Americae locis nata, seminum magnitudine, forma, duritie, aliisque accidentibus variat; quibus substantia magis vel minus oleosa, aromatica obseruatur, hine illineve elegans habetur. Cacao naturae et prestantiae estimandae scala Hispanis, et Americanis eadem est; at vluimi in illa delectu peritiores. Eius gradus dant t. Soconuzco. 2. Cucuta. 3. Caraccia. 4 Dariena. 5 Panama. 6. Magdalus fluvius. 7. Machalia. 8. Moxia. 9. Reliquae abditae Perquise Siluae, quarum vna vel altera vt Chachapolitana, et Juanicencis varietates fert rarissimas. 1. nucleis magnis colore, et consistentia amygdalinis rigidis corticibus: 2. nucleis paruulis rubellis, teneris pellicula obtectis, qui difficile torrentur, in lapide difluunt, et nisi aliis mixti, non iudurescunt.

14. In primo contenta nucleis magnis, cylindro-elipticis, fuluis compactis, oleo diuitibus; in octauo nucleis paruis subrotundis nigricantibus, solidis, oleosis; veraque plus sacchari egent, et cinnamomi. Caeteris multisiplici varietate diuersis propria cuique condimenti ratio; sed cum haec diuersorum palato, stomacho vbiquaque aptari debeant, nullibi de its lex certa ferenda. Ast ubilibet de torrefactione lata esse debet : ex illa namque virtus, energia, sapor Chocolatae pendent. Altior texturam adgreditur, vrit, principia actiua euertit : demissior cruda, indigesta, visceribus nocentia relinquit: media tutissima. Qualis vero huiusce aestimandae norma? Nuclei arena mixti, tessa igne supposito, rutabulo agitati urgentur ad momentum vbi leni manus affrictu decorticationem pati incipiant. Necessariae quamtumuis

fluxae operationi. Chocolatarii nostri par studium non adhibent; immo illam insectantur, quia granorum inter lapides subactionem moratur: id quod no correr en la piedra dicunt. Parno laboris impendio, leui temporis iactura territi Cofeae torrefactione propria pene viun-

tur, inscitia humana viscera adurunt.

Alia nec parui facienda labes infertur seminum contritione non exacta; sedulo. vitanda operarios monendo sancte suae labosae operationis leges observent. Ecca totius summa. Cum in mola Cacaoteria meta cylindrica lapidea super catillum lapideum subconcabo-planum, mensae in linatum, semina tosta, fracta intercipiat, deorsum sursumque continuo manibus acta subigut atque stringat, illa in pastam oleo madidam comminuit, redigit; quae iterum Sacchari, tertio Cinnamomi polline permixta rice traiicitur, eoque elengantior habetur, quo remista et subtilior exit. Materia sorbilli praetiosissima, Theobroma merito dicta, ex nunc Hygieposis, Americarum Soteria dicenda; istisque questu, et cultu iuxta habenda. Igitur ex pasta, manibus exquisita munditie tractata, tornantur cylindri, globuli, aut capsulis chartaceis inclusa, crate loculata succussis, a lornantur tabellae, quae sub umbra aëre impuluere siccantur, durescunt (b). Post ali-

⁽b) In laterculis hoc modo paratis quinque superficies papyro obtectae manent, quae oleum ex massa recenti dum siceatur imbi-bunt, aliquot dracmis diminuunt. Id in cylindris, et sphaerulis non accidit, nam siccae, st lubet, teguntur mundae vt serventur.

quot dies scriniis conduntur, ocius inclusae odore inficiuntur mephicico, difficile delendo. Recondirae, ante duos tresve menses vsui non conceduntur, quippe certo, et si indeterminato tempore fermentatione concentrantur, melio-rescunt, partibus eleosis, salinis, aromaticis mutuo correctis; hoc transacto humescunt, molliuntur, veterantur.

6. Conditiones, quibus Potio nostra, omni cura et studio digna, parari debet, vt vt prolixae, et minutiores videantur, minime post sunt habendae; paruula vel omissa, incondita, aspectu horrida, gustu ingrata euadit. ¿ Quidni etiam saluti incommoda? Pastillum, radula vel quouis alio medo comminutum aqua diluitur, ea proportione ve huius unciis quinque illius mocia una respondeat: solutio frigida ad tempus in cucuma digesta, super carbones in clibano ardentes, fumo mephitico deflatos, imponitur, igne sensim viuiscente coquitur, variisque ebullitionibus cita, post quintam aut sextam momento requieta verticissi (c) turbine in vortices agitur, spumas attollitur, ad scyphum inclinata cucuma iterato extrahitur, fragrantia aëra replet. Potionis diumae Encheiresis, ve sensus externos allicie, recreat! Potio, tumet ipsa, quantum internis prospicis! Per te animi, et corporis nostrae dotes eriguntur, vigent! Mens Philosophi meditationibus exhausta, sui poculo vigorem recuperat, alacris ad imagines redic. Astronomus

⁽c) Verticilli isti bacilli sunt inferne strobilo aut cylindro striis, dentibus, anulis distincto structi, qui vario artificio gratiose dolantur, et Molinillos hispane dicuntur.

tuapte munitus, coelo intentus, noctium inclementiam tolerat, observationis taedium sustinet, somni peruicaciam... sed quo me rapit? Atqui primus versionis scyphus optimus, qui Chocolatae stos et spiritus rector habetur; secundus itidem excellens, tertius inclinat, caeteri cadunt. Spumescens, ad huc calida exiguis haustibus sorbillasur, pane dehinc, aut biscocio imbibita vescitur. Quouis anni tempore, omnibus diebus cum segmentis panis artoptitii, solis vel buayro vaccino vnctis, ientaculum praebet nobilissimum, stomacho familiare, cephalicum, muniis vitae obeundis aptissimum, omni alio praeserendum. Super fructus nostros autumnales Musam, Psidium, Annonam assumpta graaissime sapit, facili et placida digestione fertur, ambrosia eructatur.

Plura de clibanis, cucumis, verticillis, scyphis, scriniis Chocolatariis; de illorum materia, forma, artificio, quibus alia aliis praesaant, apparatus viaticus ditatur, essent dicenda; sed Tabularum angustia vetat. Forsan alio visura, vbi Chocolatae virtutes, quibus complexionibus quadret, quibus disconveniat, queisque morbis medeatur data opera tractentur. Id quo Medicos nostros exoratos volumus observationes proposito instituant, pioque animo recordentur Patronae nostrae Rosae, eiusque Matri, Chocolatae Potionem, vs Syncopis remedium, cognitam fuisse; eamque, ex consilio cum Angelo Tutelari habito, imminenti animi defectione afflictam virginem feliciter hausisse.

TITULARIS PHYSICA

Annus, non Terra fructificat.

enantel la mairon durante la place enfana spesal . mile territores en constitución de la constitució summer inches success and complete " unital introduction in versionis ser phose opn miss, qui Choco mine, tott et spirings rector haberty | seconders fullent exce-Hens, teurids inclinat, caered cadum, Spinatesh cens, ad high callila exigue, hapsaibus sorballa--eavy indidate opposed use Collect case . ins cient Quosis anni rempore, omnimus disbus cum segments panis anoptini, solis vel butero vaccino vaccia, ironaculum prathot nobilissinam, stomacho tamiliare, caphalicum muolis tomo commissings sibusada estiv sita praeferendum Super tiocius nostros ertumnas ies Musem, Psidium, Annonem ussumina grasissime sapit, facili et placida digestione, fatturt, ambresia encuatur.

e l'imp de clibapis, egennis, vareicitie, serpois, sorbits Chocolaraties, de illerum ma-teria, furma, arrigio, quipus alia altignacesrant spearages visitous distort essent dicenda; sed l'abuluitin angusila verat, l'ersan alio. wisura, whi Chocolaige virtues; gailuis complexionibus quadres, quibus disconveniai, queinane morbis medeatur data costa zidiom sur tur, id quo Medicos nostras exorates volumus obseruationes proposito insunant, pioque animo 'recordentury Paironse nozires Rosae, eiusque Marri, Chocolarae Parionem, ve Syncopis zezočdiani, cognicam inicrepranque, ex consillo cum Angelo Turciari liabito, imminenti animi delectione afficiam virginem felichet hausisse.

TITULARIS PHYSICA

Annus, non Terra fructificat.



